



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Zelus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

summo iure aliquid remittendum, ne foedissima
in tempestate velut in tranquillo videretur sum-
mi Pontifices extrema sectati. Sed non satisfa- Canisius contra
flavistia.
cit mihi, aiebat Canisius, humana isthac pruden-
tia. Tempus est confitendi nunc ea, quae ad Eccle-
siæ autoritatem vindicandam spectant: & si veri-
tas odium parit. Sed virtus circa difficultia versa-
tur. Nihil igitur nisi admoneri cupiebat à Præ-
positis suis quæ sibi insistenda via inter has amba-
ges esset, Patrum confidens affuturam precibus
opem coelestem, ut intelligeret, vellet, ac posset
eius explere munera partes, quod Christo Domi-
no, Ecclesiæque sanctæ id loci deberet. Agnouis- Zelus.
ses in Apostolico viro apostolicum pectus, quod
omnium solicitudine Ecclesiarum tabesceret: in-
firmitatibus omnium ægresceret, omnium scan-
dalibus vreretur. Quid ille non & lacrymarum, &
gemituum fudit, ubi post paulò vidit turbulen-
torum hominum postulationibus indulgeri? &
in dies maiorem patesieri fenestram ad Ecclesiæ
sanctæ autoritatem conuellendam, & sacrificiū
ipsum abolendum? Videbatur sibi videre stragē Fides.
sacrorum, & pessum ire omnia donec sublata
mente ad æternæ mentis consilia, se sequerepre-
c hendens,